Actum in Castro Cra^m^ coviensi Feria Sexta post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima Anno Ejusdem Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo

Honestus Jedlinski Nõe Gnosi Oraczowski contra G. Bogucki Mstat.

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitanealia Cracoviensia personaliter veniens Honestus Joannes Jedlinski Nomine Gnosi Lucae de Przybysławice Oraczowski Sorbis in Bonis Villae Moskorzow Sitae Obligatorÿ Possessoris Principalis Sui pro Cujus ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit inhaerendo Manifestationibus per suum Principalem coram Actis Officÿ praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis contra Generosum Michaelem de Boguty Bogucki Burgrabium Arcis

2294 ne per longum Silentium aliquod
fortunæ suæ inferat periculum et
Damnum Iure mediante acturum.
Salva hujus Manifestationis augendæ
minuendæ meliorandæve pleno in tem-
pore reservata et præcustodita facultate.
737. Oblata Privilegij Indegena-
tus Generosis Miklaszo-
wskim Servientis.
Ad Officium & Acta Præsentia Castren
Capitan Crac: personaliter veniens Gene-
rosus Hyacinthus Morzycki infrascriptt
Privilegium Indegenatus Generosis Mikla-
szowskim per Serenissimum olim Piæ Me-
moriæ Sigismundum Augustum Regē
Poloniæ in Conventu Gnali Lublinensi Datt
& benigne collatū manu ejusdem Serenissi-
mi Sigismundi Augusti Subscriptt Officio
& Actis Præsentibus Castren Capitan Crac: ad
Acticandum obtulit. Petens hocce infrascri-
ptum Privilegium Indigenatus Sacræ Regiæ
Majestatis a se offerente Suscipi & in A-
cta Præsentia inscribere permitti, cujus affe-
ctationi Officium Præsens annuendo hocce in-
frascriptt Privilegium Indigenatq Sacræ
Regiæ Majestatis a se Offerente Suscepit
& in Acta Præsentia inscribere permisit. Cujq
Privilegij tenor Sequitur ejusmodi.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ Podoliæ Podlachiæ Smolenscæ Kioviæ Czerniechoviæq; Dominus atque Hæres.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis tam hujus quam ad posteritatem futuri temporis hominibus harum literarum nostrarum notitiam habituris etc. Nobis non commendata tantum verum re ipsa multoties cognita et probata egregij Viri Matthiæ Miklaszewski virtus singularis et præstantia de Nobis et Regno Nostro merita effecerunt ut ipsum etiamsi Nobilem Silesianum volentes Nostræ in eum gratiæ perpetuum extare testimonium in ordinem Nobilitatis Regni Nostri Poloniæ transferemus cum ab adolescentia sua atq; ætate tenera omnes actus honestissimos in negotijs militaribus Regni Nostri antea exercebat tum et nunc in his omnibus expeditionibus quas contra Magnum Ducem Moschoviæ infelici expeditione Nostra sub Polock Veali et Ma Arcibus suscepimus alacrem semper et viri fortis animum præferentem re ipsa sese declaravit. Quibus omnibus ac alijs gravissimis justissimisq; de causis Nos hunc Matthiam Miklaszewski et filios ejus legitimé natos et educatos Joannem et Georgium Christophorum Stanislaum et Gasparum in Nobilitatem et equitum Regni Nostri ordinem

adscribendum & associandum esse judica-
vimq atq adeo Authoritate Nostra Regia ipsu
ac Filios illius posteros q eorum Universos
utriusq Sexus Nobilitati & equitati Regni Nostri
Poloniæ Ordini adscribimus compulamq asso-
ciamus & adjungimus eoq Nre ac Nobilitatis
Iure efficimus quo quis nunquam magis in Re-
gno optimo Maximoq aut Majoribus tam
Paternis quam Maternis longa ppagine
Nobilitatis ortus aut Regum Poloniæ Sere-
nissimorum Nostrorum Antecessorum beneficii-
s Nobilis factus esset. Conferendo illi ejusq
liberis his ac posteris eorum legitimis utriusq
Sexus Prerogativas preminentias Magistratu-
um dignitatumq tam secularium qm Spi-
ritualium adipiscend jus, immunitates exem-
ptiones ornamenta ac Iura Omnia cum
Nulla Exceptione quibus equester ordo Re-
gni Nostri Nobilesq hres in Polonia Iure
ac consuetudine utuntur fruunturq. Quod
quidem Ius Nobilitatis dum Illustribus
certis & antiquis insignibus dictis Ostoia
quæ sunt Gladius stans inter duas flavas
lunas cornutas in Campo rubeo in Clypeo
autem defert prout mos e & esuetudo vetq
Familiæ illius quinq pennas Strutionis
tanquam bonis quibusdam nobis condecora-
tum reddere vellemus. exposuit Nobis Regni

Foliacso   Comeis Tomicki Nostri

Nostri Exercituum Campi Ductor Magn[us] Ni-
colaus de Sieniawa Sieniawski pro suis
in eundem Matthiam Miklaszewski studijs
prop[ter] illius merita ob[que] tam bigilantiâ Milita-
riâ gesta ips[um] eund[em] Nobilitatis & insignium
hujusmodi dignum fore. Quamobrem [nostr]a authori-
tate Nostra Regia illi insignia vetustissima
Regni Nostri Gentis Ossoja conferim[us] ipsum[que]
eundem p[er]petuo adscribimus assignamus &
adjungimus. Decernim[us] v[er]o ut descriptis
insignibus commemoratq[ue] Nobilis Matthias
Miklaszewski ejusq[ue] liberi & Posteri sexus
utriusq[ue] legitimi omni tempore & loco publi-
cè & privatim bello paceq[ue] inquibusvis ho-
nestis rebus & accionibus expeditionibus
equestribus ludis vexillis Tentorijs sigillis
annulis, signis, Monumentis, Aedificijs
Imaginibus pro more usu ac Consvetudine
quorumvis Nobilium Virorum utatur & fru-
atur. eaq[ue] insignia progeniem suæ Nobi-
litatis Notæ, & documento habeat p[er]petuis
temporibus. Quæ omnia p[er] p[rae]sentes Literas
Nostras ad notitiam omnium Regni No-
stri dignitariorum Magistratuum Præfe-
ctorum Officialium quorum Nobilium homi-
numq[ue] omnium Regni Nostri Cujuscunq[ue]
Ordinis Status dignitatis & Conditionis

Sint plene deducimus atq adeo sancimus decernimus mandamusq ut prædictum Ma-thiam Miklaszewski ejusq posteritatem pro veris legitimisq Nobilibus habeant illisq omnes Prærogativas Eminentias immunitates libertates Juraq omnia Tribuant et concedant. Quæ vero Nobilibus Regni Nostri Hominibus ex antiqua Majorum Nobilitate descendentibus tribui et concedi solent. Hasq literas Nostras ut in omnibus suis Articulis clausulis Punctis Commemorato Matthiæ Miklaszewski Suisq posteris Salvas et integras conservent et conservari pro suo quisq Officio faciant, nec quispiam pro Gratia Nostra Regia et sub pœnis in Legibus Publicis et Consvetudine Inviolatores hujusmodi Literarum Nostrarum Constitutis aliter sumat in quorum omnium fidem et evidens Testimonium præsentibus manu Nostra subscripsimus et sigillum Regni Nostri appendi mandavimus. Datum Lublini in Conventu Gnali Regni Die Undecima Mensis Augusti Anno Dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono. Regni vero Nostri Quadragesimo præsentibus Reverendissimis Rdisq in Christo Patribus Dnis Jacobo Uchanski Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato et Regni Nostri Primate Philippo, Padniewski

Crac: Stanislao Kamkowski Cujavien Adamo Konarski de Kobylino Posnanien Petro Myszkowski Plocen Alberto Starozrembski Chelmen Episcopis. Nec non Magnificis Generosis ac Venerabilibus Sebastiano Mielecki Castellano Crac: Brestensi Capitaneo Stanislao Myszkowski de Mirow Crac Generali Crac Jero Zborowski Sandomiriensi Stabnicensi Capitaneo Olbrachto Laski Siradiensi, Joanne Sirakowski Lanciciensi, Joanne de Kuzow Brestensi Miedzyrzecensi & Konaniensi Capitaneo, Joanne de Barczyn Krotowski Inovladislaviensi Joanne Firlej de Dąbrowica Lubliniensi, & Mareschalco Regni Andrea Dybowski Belzensi Capitaneo. Cubiessoviensi Arnolpho Uchanski, Plocensi Nicolao Kiszka de Ciechanow Podlachiæ, Fabiano Czema Mij Debuiensi Achacio, Czema Pomeraniæ Palatinis Stanislao Sobek de Sulejow Sandomiriensi Thesaurario Regni Andrea Dembowski Siradiensi Adamo Drzewicki Inovladiensi Stanislao Herborth, de Fulsztyn Leopoliensi Stanislao Stupecki Lubliniensi Andrea de Thgczyn Belzensi. Anselmo Gostomski, Plocensi Sigismundo Wolski Czersensi Adamo Kosyński, Podlachiæ Christophoro Myszkowski de Mirow Rawensi Joanne Kostka de Stemberk Gedanen Hieronymo Ossolinski, Sandecensi Joanne Tarlo de Szczekarzo

rzowice Radomiensi Nicolao Zigßa de Bobrek Zawichostensi Alberto Przysemski Landensi Ioanne de Sienno Zarnovecen: Ioanne Krystoporski Wielunensi, Ioanne Sterburth Sanocensi, Felice Pany Varsaviensi Capitaneis Czersensi Stanislao Kryski de Drobnin Caeginen Castellannis. Valentino Dembinski de Dembiany Cancellario Francisco Krasinski de Krasne Praeposito Plocen: et vicecancellario Regni Nostri. Stanislao Bareyski Scholastico Gnesnensi Ioanne Zaborowski Praeposito Sandomiriensi Andrea Patricis Archidiacono Posnanien Hieronymo Choinski Canonico Posnanien Stanislao Iogielweder Scholastico Varsaviensi Stanislao Zamoyski Capitaneo Belzensi Nicolao Zaski Incisore Mensae, Matthia Zalinski Succamerario Nostro Iacobo Piasecki Stabuli Praefecto Nicolao Tarto Vexilifero Praemysliensi Ioanne Zesnowolski Pocillatore Leopoliensi Tenutario Doliensi Andrea Firlej de Dąbrowica Ioanne Zamoyski, Ioanne Demetrio Solikowski Stanislao Krasiecki, Ioanne Parys Thoma Drojowski, Secretarijs Officialibus et Aulicis sincere et fidelibus Nostris Dilectis.

Sigismundus Augustus Rex manu ppria

Locus Sigilli Pressi Sacrae Regiae Majestatis.

Cujus quidem Privilegii Indigenatus Sacræ Regiæ Majestatis Originale idem offerens illico ab officio præsenti Castren Capitan Crac: recepit et de recepto Officium præsens quietavit.

738. Oblata. Inscriptionis Donatoriæ Illustrissimo et Reverendissimo Francisco De Nupow Szembek Canonico Gnesnensi et Crac: Parocho in Magna Kazimierza ejusdemque Succedaneis Parochis in Magna Kazimierza Serviens.

Ad Officium et Acta præsentia Castren Capitanealia Crac: personaliter veniens Nobilis Stanislaus Szeleski, Infrascriptam Inscriptionem Donatoriam Hortorum Binorum in Bonis villæ Kazmierza Sitt. per Illustrem et Magnificum Georgium de Warszyce Warszycki, Palatinum Sandomiriensem, Petricovien etc. Capitaneum Actis Castren Capitan Lublinen. in personam Illustrissimi et Reverendissimi Francisci de Nupow Szembek Canonici Gnesnen et Crac: factam et recognitam Officio et Actis præsentibus ad acticandum obtulit. Petens eandem Infrascriptam Inscriptionem Donatoriam a se offerente suscipi et in Acta præsentia inscribere permitti.